





In Nominé Jesu!

THESES MISCELLANÆ,

Quarum priores

Oppositæ sunt

Der Gottes-Gelehrheit  
der Unmündigen/

Contra Magnif. D. Deutschmann

Disputat. Solenn. cui Tit.

*Babel. Modernorum Fanaticorum*

Matæologia.

Wittebergæ, die 11. Jun. 1694. habitam.

Qvas

In Exercitio privato

Waldenburgi

prop.

PRÆSES

L. Joh. Gottlob Stolze/

S.

&

Resp.

Gotthardus Hildebrandus, Waldenb. Misn.

S. S. Theol. Stud.

Die Maji,

AO. 1695.



CHEMNITII,

Typis Conradi Stöffelii.

*Sp. Magnif. D. Deutschmann  
Patrono ac Promotori  
meo summi Colendo  
In infirmitate.*



in Nomine Jesu  
THESSES MISCELLANEA

Quarta pars

Dei gratia

Dr. phil. Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.



Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.

Mag. D. C.



I.

**B**ona opera renatorum, utut fructus sunt justitiæ, quæ per Jesum Christum facta est, Phil. I. nihilominus tamen in hac vita imperfecta manent, qualemcumq; etiam perfectionis gradum, de quo nonnulli gloriantur, attingunt, est enim justitia nostra ut vestimentum inquinatum, Es. 64. v. 6.

*Contra num. 41. Der Gottsgelehrh. diese heiligen Werke/ dicitur ibidem, sind nicht ein bestecktes Tuch. 2c. 2c.*

*Hic Confusionem, quam Magnif. Ant. dissert. nostr. in Adversariis arguit, p. 31. n. 8. §. 16. ubi hæc verba: Opera cum Fide confundunt Novatores -- -- -- partes primarias suis operibus tribuunt, & de his perpetuo verba faciunt, Fidei vero, seu doctrinae secundarias & non adeo necessarias pariter relinquunt &c. & pag. 29. §. 22. ita inquit: Novatores --- --- Operationis subjecta dicunt totaliter regeneratos, omnino perfectos, penitus illuminatos &c. Unusquisq; hic animadvertit, quippe supra dignitatem suam Renatorum opera veluti evehere Anonymus videtur.*

II.

Scholas & Academias frequentare, doctoribus ibidem grati animi signum exhibere, sapientiam quibuscunq; in locis diligenter sectari, hostes sapientiæ non ipsius veri Cultores improbabunt.

*Con.*

Contra n. 64. Der Gottesgel. ubi ita: Wir gehen kein Geld für diese Weisheit/die uns umbsonst gegeben wird: Wir dürfen nicht weit darümb reisen/ denn der Lehrer ist mitten unter uns &c.

Vide hic *Confusionem*, quam monstrat Dissertatio nostra, pag. 20. §. 25. & p. 32. §. 29. *Fanatici pro Theologia habituali Theologiam quamcunque, modo saltem aliquid proferre valeant, magnificiunt. Theologiam Synopticam & systematicam cum populari confundunt, dum illam non adeo magnificiunt, (nec academias peregrinas propterea invitant) sed --- --- --- tumultuariam suam Theologiam illius loco substituunt, eamque pro genio suo docent &c. ut Timotheus industriam suam probavit Apostolo, legatur, 2. Timoth. 3. v. 14. in Dissert. p. 20.*

### III.

Nullibi nobis promisit Salvator praesentiam suam visibilem in his terris a piis hodie expectandam, sub qua cunque demum forma ac specie ipsam fingere velis, sed plus quam temerario ausu talem nonnulli felicitatem nobis pollicentur, ac ipsimet de hac gloriari non erubescunt. Ut discipuli ipsum viderunt, sic demum in die extremo a nobis quoque conspici debet, Actor. I. v. II. Quid? quod nec tutum nec licitum erit, hanc extraordinariam apparitionem, vel ipsius Christi, vel angelorum, his temporibus anxie expectare atque expetere, non dicam circa res fidei, alias Scriptura haud perfecta foret, 2. Tim. 3. v. 16. 17. Sed neque circa accidentia extrinseca status Ecclesiastici, Politici, Oeconomici, *diabolus enim*, monente Gretsero, Defens. 1. append. p. 1893. *per huiusmodi apparitiones, quas curiose sectamur, fallendi homines, saepenumero quoque pios, sub pretextu*  
quo-

Quodam divino, occasionem captat. Deinde hac solenni  
apparitione ad id revelandum planè non erit opus, signis  
quippe aliis plerumque usum fuisse Benigniss. Numen  
constat, quoties ingens periculum vel Ecclesiæ vel Reipubl.  
imminens manifestare consuevit. Deniq; defectus pro-  
missionis in hoc negotio invincibile firmumq; erit argu-  
mentum. Conf. B. Hülsem. in Breviario Th. C. 3. suppl.  
D. Fabricius in Tract. de probat. Vision. Hunnius in aus-  
führlichen Bericht von Neuen Propheten/ th. 13.

*Contra n. 68.* Wenn er sich will sonderlich offenbahren/  
wer mag ihm wehren? Wo hat Er sich auch jemahls dessen  
begeben? Leg. n. 72. 73. 74. seq.

En iterum *Confusionem!* quam in Advers. notavit  
Dissert. n. p. 39. §. 29. & 33. *Turbatores* ait, --- --- *novas*  
*revelationes rudioribus & incertis obtrudere laborant, &*  
*ad modernum Ecclesiæ statum novas revelationes & sug-*  
*gestionem postulant &c.* & §. 23. p. 39. *Novatores huic di-*  
*vinae luci novam illuminationem opponunt, & sic tenebras*  
*suas cum luce divina Scripturarum confundunt.*

#### IV.

Calumniæ est, quâ afficit nostros Doctores Autor,  
cum ipsis denegaverit Spiritus S. assistentiam, ipsorum  
doctrinam veluti impiam ac heterodoxam traducens, &  
quidem ex hoc argumento, quia ipse aliq; suæ sanctiori  
societati addicti nihil quicquam discere ab ipsis potue-  
rint. Elegans profectò concludendi ratio! sed quid mi-  
rum?

*Lege Anon. n. 82.* sic ille: Wir bekennen frey/ daß wir  
durch Ihre Lehren nicht besser werden: und wie können Sie  
was rechtres lehren/ da Ihnen der Geist der Wahrheit fehlet?

)( 3

Obfer-



Obſerva hic Confuſionem ex Diſſert. n. p. 8. n. 13. No-  
vatores cenſent, noſtram Theologiam non verè dici, veſſe  
Theologiam, ſed tantùm Philoſophiam de rebus Theologicis,  
hinc ipſos Theologos, imprimis Academicos, non Theologos  
ſed Philoſophos de rebus theologicis ſalutant &c. Ubi id  
ipſum in ſequentibus prolixè refutat.

V.

Qui Sutoribus, ſartoribus, piſtoribus, imò virgini-  
bus & mulieribus in collegiis ſuis poteſtatem docendi con-  
cedunt, ceſſante jam jam in Eccleſia immediato afflatu  
Prophetarum & Apoſtolorum, cum Theologiæ habitus  
precibus, labore ac ſudore hodiè acqvirendus: Hi quæſo  
audiant graviffimam Dei querelam! Currebant & non  
mittebam eos, Jer. 23. v. 21.

Contra die Gottgel. n. 116. ſeq. Gott hat die Fiſcher vor-  
mahls erwehlet/ gegen die/ſo auff dem Stul Meſſis ſaſſen: Er  
erwehlet noch Schuſter und Schneider/ Jünglinge und Jüng-  
frauen/ und macht der Weiſen Werk zu Schanden &c.

Conf. Diſſert. n. p. 15. ſ. 18. Magnam, inquit, hic con-  
fuſionem Eccleſiis obtrudunt Fanatici, qui ſutoribus, ſarto-  
ribus, piſtoribus, imò Virginibus & Mulieribus in Collegiis  
ſuis poteſtatem docendi concedunt, & ſic ſtatum publicum  
cum privato, docentes & diſcentes, Doctores & auditores,  
Laicos & Clericos &c. confundunt. Sed hic valet illud:  
Quodque parum novit, nemo docere poteſt. Prius di-  
ſcendum, poſtea docendum. Immediatus afflatus Prophe-  
tarum & Apoſtolorum dudum in Eccleſia deſiit, &c. &c.  
En Confuſiones in novo ac ſacro hoc ordine! Nihil falſi  
igitur ipſis imputatum! Verba Anonymi ſunt ſatis clara.  
Deus illos convertat!

VI. Ex



## VI.

Ex Joel. 2. v. 13. Voce קָרַע duplex sensus literalis probari non potest.

## VII.

Locus Eccles. 8, 2. אָנִי שִׁי - מֶלֶךְ שָׁמַר וְעַל דְּבַרְתָּ שְׁבוּעָתָא ex Accentuatione Hebræa facile atq; omnium optimè intelligitur.

## VIII.

Quamdiu opinio privata in Quæstionibus fidei non fundamentalibus e.g. de Judæorum Conversione universalis, de Ruina papatus totali &c. libera relinquitur, tam diu in Doctore potest tolerari.

## IX.

Omne id damnatur in Art. 17. A. C. quod Judæis mundanam felicitatem permittit, hinc iste quoq; Chiliasmus in A. C. damnatur, qui assertis suis in Judaicam illam opinionem propendet.

## X.

Ἀγεννησία etiam Spiritui S. attribui potest, sed hoc sensu certum ὑπάρξεως τέρπου non constituit.

## XI.

Communicatio in Christo triplex fingi non debet, licet non sit absurda.

## XII. ES

XII.

Essentiam & Existentiam in Deo aliquo modo *distin-*  
*gvi posse*, cum Scholasticis quibusdam in tantum defendi-  
mus, in quantum Scripturæ S. hoc assertum  
non contradicit.

FINIS.



Ung VI - 13

ULB Halle 3  
003 499 529



84

h. 5. 23. 30 Stück

VD17

7





In Nominé Jesu!

# THESES MISCELLANÆ,

Quarum priores

Oppositæ sunt

## Der Gotts-Belehrheit

der Unmündigen/

Contra Magnif. D. Deuschmann

Disputat. Solenn. cui Tit.

*Babel, Modernorum Fanaticorum*

Matæologia.

Wittebergæ, die 11. Jun. 1694. habitam.

Quas

In Exercitio privato

Waldenburgi

prop.

PRÆSES

L. Joh. Gottlob Stolze/

S.

&

Resp.

Gotthardus Hildebrandus, Waldenb. Misn.

S. S. Theol. Stud.

Die Maji,

Mo. 1695.



CHEMNITII,

Typis Conradi Stöffelii.

*Pro Magnif. D. Deuschmann  
Patrono ac Promotore  
meo summe Colendo  
In insinuatione.*

